

4. H. num. 83. 13
2. 22.

IOH. FRIDERICI HERTELII, IC.
ANTECESSORIS SALANI, CODICIS ET
NOVELLARVM PROFESSORIS PVBLICI,
CVRIAE PROVINCIALIS SAX. COMMVN. *1741, 6*
ADSESSORIS ORDINARIJ, FACVL-
TATIS IVRIDICAE ET SCABINA-
TVS SENIORIS,

P. 28.

PROLVSIO ACADEMICA

DE

ANALOGIA

IVRIS VERE GERMANICI,

PER ANTIQVAS FABVLAS HAVT CONTVRBANDA,

QVA

AD PRAELECTIONES SVAS AESTIVAS

PVBLICAS AEQVE AC PRIVATAS


GENEROSOS ATQVE NOBILISSIMOS

DOMINOS COMMILITONES

DECENTER INVITAT

AVCTOR

A. O. R. c15 15 cc xxxxi.



IENAE.

AERE MARGGRAFIANO, c15 15 cc xxxxi.



IOH. FREDERICI HERTZLI
ANT. FREDERICI HERTZLI
HONOR. M. FREDERICI HERTZLI
CIVIL. FREDERICI HERTZLI
AD. FREDERICI HERTZLI
TATIS FREDERICI HERTZLI

PROLYSIO ACADEMICA

82

ANALOGIA

IVRS VIRE GERMANICI
THE ANTIQ. TABULAS INVT. CO. VITANDA

AD TRANSCRIPTIONES SVAS AESTIVAS

GENITOR. ATQVE NOBILISSIMOS

DOMINOS CO. VITANDA

AVCTOR

A. B. A. C. S. C. O. V. I. T. A. N. D. A.

ANNO

ANNO MARGGRIANO. C. P. O. V. I. T. A. N. D. A.





Nultum interest & refert pro solida & practica non minus quam theoretica, Juris cultoris noticia, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur; (a) Vetusitas enim pro lege habetur, (b) & antiquissimum quodque verissimum & dignissimum putatur; (c) ideoque vetera novis sunt praeferenda; (d) ita etiam veteris juris auctores, imo & Doctores, prae modernis laudat ANTON. TESSAVRVS. (e) Merito igitur

A 2

- (a) Monente Imperatore §. 1. *Instit. d. de testam. ibique DD.* (b) *L. uls. C. nob. vectig. instit. non posse.* Ubi textus parificat vetustatem, consuetudinem, et iussum Principis. *Conf. L. 2. ff. de aqua et aqua pluia arced. VERNER. Consil. Francof. §. 7. n. 4.* Nam vetustas vin Legis constitutae et conuentae obtinet, quam quisque rei suae dicere potest, *h. 20. depact. dotat. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arc. VVESENBEK. parasit. ff. tit. de seruit. n. 5. Hontheim. L. 3. c. 5. de art. notar. n. 24. Gall. 2. Obs. 68. n. 2. Consil. Argent. V. 1. Conf. 2. n. 191.* (c) Haec Regula fundatur in *in L. 5. ff. de jur. immun. cap. 3. X. de translat. Episcopat. TIRAQUELL. tr. de jur. primogenit. in princ. et tr. de retract. liguag. §. 10. Gloss. 1. n. 16.* MASCARD de prob. soncl. 107. et 108. cum quibus concordat C. CASSIUS ap. Tatu 14. *Annal. 43. n. 1.* (d) *L. pen. ff. de vacat. et excus. mun.* (e) *Decis. pedemont. 184. n. 7* Auctores

tur curioso Juris Studio commendatur studium Antiquitatum Romanarum, pro melius intelligendis Legibus Romanis in Germania receptis; nec non Germanicarum, pro rite interpretando Jure proprie & originarie Germanico. (g)

Verum enim vero hæc ita sunt caute intelligenda & cum grano salis accipienda, ne antiquas fabulas seu historiam veterum legum absolutarum cum jure authentico, quod in ipsis rerum obtinet argumentis, confundamus, (h) illasve huic plane præferamus. (i) Quamvis enim non negligendum sit prorsus, quod antea obinebat, & quod postea desuetudine inumbratum est; requiritur tamen, ut illa jura obsoleta & inumbrata Imperiali remedio sint illuminata; (k) & ipse legislator, a viris prudentibus collectas Ipsique oblatas, & legerit, & recognoverit, & plenissimum suarum Constitutionum robur
eis

ctores enim moderni non ita accurate cernunt, inquit *text. 1. Feud. 7. Job. Pet. Surd. Vol. 1. Consil. in præfat.* (f.) Vid. *nostra Manuduct. ad stud. jur. S. 3. C. 2. §. 4. lit. Z. ibique cit. DD.* (g) Ita præ caeteris quoad Romanas antiquitates explicandas egregiam operam præstitit *Illustr. Dn HEINECCIUS syntagm. antiquitat. Romanar. 1730. §.* Quoad Germanicas vero conducunt *Ejusdem elegantia Elementa juris German. Tom. 1. et II. 1736. 1737. §.* quae in Compendium contraxit amandissimus Collega noster *D. ENGAVIUS.* Laudare quoque meretur *D. GEORGII BETERI delineatio juris Germanici, cum D. Chr. Godofr. HOFFMANNI Dissert. de jur. Germ. fontib. illudque recta discendi ratione. 1723 4* (h) Quod iterum monet Imperator *§. 3. prooem. Inst. junct. §. pen. Inst. de satisfat. L. ult. C. de jur. dom. impetrand* (i) Non igitur iis ita inhaerendum, ut caetera negligantur, eleganter *Frid. PRUCKMANN. de disser. utror. sex in præfat. HERING. de fidejus in præf.* nec enim veteris iuris prolixitatem scire est necessarium, *l. 1. §. 9. vers. et hoc locum. C. de caduc. toll. sed* hactenus antiquitas utiliter inuestigatur, ut melius intelligatur, quod vel tollitur, vel reformatur, *l. 27. §. ff. de LL. non ut inde quid in jure definiatur, L. an. pr. G. de latim. libert. tollend.* (k) Juxta *§. s. prooem.*

eis accommodaverit; (l) aliás sunt & manent antiquæ fabulæ ex foro præctico exulantes. (m)

Imprimis vero cavendum est, ne imperii nostri Jus verè Germanicum, ejusve symmetria sive analogia per fabulas antiquas conturbetur, aut plane supprimatur. Ubi prænotandum est, quale nobis dicatur *Jus vere Germanicum*? Deinde quid intelligamus per *antiquas Fabulas*? Jus vere Germanicum non præcise dicimus a lingua vernacula, sicut in *Deutscher Sprache aufgesetzt ist*, quales sunt *Recessus Imperii*, aliæque *Constitutiones*, ab Imperatoribus cum consensu itatum Imperii latæ; (n) neque statuta vetera Populi Germanici, *Francorum, Suevorum &c.* vel aliarum gentium Germanicarum, veluti *Wisigothorum, Burgundionum, Alemanorum, Bajuvariorum, &c.* qualia collegerunt *Lindenbrogius, Freberus, Wendelinus, Goldastus, Schottelius*, alii; (o) adeoque non *distributive*, aut in oppositione ad illa jura, quæ exteris populis, sive antiquis, ut *Hebraeorum, Græcorum*; sive modernis, ut *Galliarum, Hispania, Anglia, Suecia &c.* originem debent, jus vere Germanicum intellectum volumus; (p) quod alii per *jus domesticum* indigitare gestiunt; illudque ad duo imprimis genera deducit BERGERVS *æcon. jur. L. 1. c. 1. §. 28.* scil. in *jus Saxonicum, das gemeine Sächsis. Recht, & Suevicum, der Schwaben-Spiegel.* Sed per *jus vere Germanicum* significamus *collective & in Complexu* omnia Jura

A 3 authen-

g. proem. Inst. (l) §. 6. proem. Inst. (m) Etenim vetusta licet et vulgata sit consuetudo, veritati tamen omnino est postponenda, eam si consuetudinem. §. Dist. 8. (n) De quibus vid. nostra Manuduct. ad stud. jur. sec. 33. c. 1. §. 4. (o) Vid. nr. Manud. ad stud. jur. d. l. §. 10. SCHOTTELIUS teutsche Sprach. Kunst, 1663. 4. von alten teutschen Rechten. 1702, 8. (p) De quibus vid. d. g. 10. ibique allego



authentica in nostro Imperio Romano-Germanico recepta & Constitutionum robur habentia; (q) qualia sunt: (I) *Corpus Juris Romano-Justinianei*, quod jus commune *Germanicum* actu & formaliter constituit; (r) cujus accessio & quasi *Novellarum* continuatio est (II) *Jus Feudale-Logobardo-Teutonicum*, quatenus illud post *Schraderum* & *Rosenthalium*, excoluerunt Jcti cel. *B. Struvius* sen. cum *Lynkero* Confiliario Cæsareo Aulico, *Strykius*, *Hornius*, aliique Viri hodieque in Praxi celebratissimi; (III) Porro *Codex Receptuum Imperii*; (s) deinde (IV.) *Corpus juris Canonici*; (t) Denique (V.) *Jura propria* seu topica, nempe *Statuta* provinciarum, Urbium, Collegiorum, Familiarum. (u) Sed *Jus Civile universale* sive adaequatum *Juri Naturæ & Gentium*, cum Philosopho quodam simulato & Neo-Practico asserere, non audeam.

Quemadmodum itaque de sensu *Juris vere Germanici* nunc certi sumus; ita non minus manifestandum est, quid per vocem *Fabularum antiquarum* intelligi velimus? Ubi quidem in genere omne illud, quod juri authentico, licet sub nomine juris improprie & abusive veniat, opponitur, & sic omnia jura, quæ *doctrinae* gratia, ad declaranda & illustranda jura authentica adhiberi possunt, (x) in istum conceptum cadere possent: Nobis tamen in specie illa jura, quæ nomine *Juris Germanici* venditantur, & *Domesticum* sive *Patrium* appellari malunt, nec tamen de illorum legislatoribus, neque de recepta observantia fori quicquam certi constat, *antiquas fabulas* vocare, nemo fortassis vitio vertere jure conabitur

alleg. DD. (q) Quæ cum LYNCKERO nostrò recensuimus in *Manuduct. ad stud. jur. Scit. 3. c. 1. §. 2. seqq.* (r) Testibus LYNCKERO *comment. ff. L. 1. t. 2. §. 12. STRYKIO præcogn. jur. c. 3. §. 8.* (s) Vid. *Manud. ad stud. jur. d. 1. §. 4. ibique allegg.* (t) Vid. *Manud. d. 1. §. 5.* (u) *Manud. d. 1. §. 6.* (x) Vid. *Manuduct. 3. c. 1. §. 8.* (y)

bitur. Ita in Praxi, quam ultra quadraginta annos, tum causas orando, quam dicasteriis assidendo, sectatus sum, non memini ullum casum unquam obvenisse, qui ex *Schottelii* antiquis fabulis fuisset decidendus, & passim viri egregii vivunt in coelibatu vel quasi secure, nec tamen metuunt aut timescunt applicationem *des Hagesholzen-Rechts*. Huc etiam referres merito veterum Germanorum jus *Formularium*, de quo vid. *Dn. LEYSERVS medit. ad ff. specim. 5. med. 4.*

Quamvis autem Jura illa authentica & vere Germanica videantur rhapsodia variorum jurium, vix ac ne vix quidem in unam consonantiam erigendorum; prætereaque Corpus Juris Romani tot labore spinosis & ridiculis ferè subtilitatibus: quas respicere sana aequitatis ratio putatur: non tamen est, cur de justa omnium conciliatione desperemus, si accuratiores jura interpretandi regulæ prudenter adhibeantur, silvo jure derogandi anteriora per leges recensiores, quod nec Justiniano inusitatum fuit in unico suo corpore juris, salua tamen analogia harmonica juris. (y)

Omnium minime autem ex illis fabulis invertenda sunt illa jura authentica, (z) aut conturbanda illorum analogia, fingendo vel derogationem, vel surrogationem, vel obrogationem; quod longe absurdissimum foret, ejusmodi fabulis, quæ ne nomina quidem juris vel legis in sensu proprio merentur, tantam concedere efficaciam, ut ipsas leges authenticas vincere & quasi prosternere valeant: Talia jura obsoleta sparsim habet *Schilterus in Praxi Forensi Pandectarum*: (aa) ut ne tamen unquam

6. 1. §. 8. (y) Conf. nostrum Programmata de Harmonia præstabilita Juris et Justitiæ. it. Programmata de Subtilitatibus juris civilis non videndis. (z) Vid. L. B. de LYNCKER instructor, for. L. 1. c. 2. §. 7. comm. ad Boscleri notis. Imperii Rom. Germ, Lib. 1. (aa) Cujus quidem auctore



quam Jura nostra, quibus nunc utimur, ex antiquis invertamus: quod sæpius suscepit ille; Sed qua commode fieri potest, illustremus. (bb)

In specie Jus *Romanum* ejusve comparisonem cum patrio sive domestico quod attinet, *Schilterus* & ipsius *Afflecka Bergerus*, negare non possunt, quod is, qui lege Romana, eaque juri patrio (modo supponas certum & authenticum,) non adversa, sive agendo sive excipiendo, subnititur, ad probandam ejusdem observantiam non teneri; quod quidem limitat *Schilterus*: (cc) nisi incautus eandem commemoret, in eaque se fundet. At re diligentius considerata, *Bergerus* (dd) ab ea sententia animum revocat, & limitationem merito in ampliacionem convertit: etiam si quis observantiam alleget et in ea se fundet; quippe quod præsumtio sit pro Jure sive Corpore Juris expresse & in Complexu recepto, neque opus sit distinctione, quam *ibid.* (ee) præmittit inter *Observantiam* & *observabilitatem*, (ff) itemque inter *usum* juris Romani *actu secundo* & *exercito*, & *actu primo seu habitu*. Sufficit, quod Ipse agnoscat ejus auctoritatem seu vim legum authenticam, eamque probare non dubitat: (1) à Præstantia, (2) a Receptione, (3.) ab inopia juris Germanici seu Defectu juris patrii; (4.) a Confirmatione Imperatoria; ubi etiam occurrit dubio, tum per difficultates contrariæ opinionis, tum per testimonia ipsorum dissentientium.

Ratio

autus laudat et adprobat BERGERUS in *manuduct. brev. ad stud. jur.* §. 9. in *fin.* et *oscon. jur.* L. 1. 2. 1. §. 4. *it. de.* *Uf. act. poen.* §. 9. (gg). (bb) Sunt verba LYNCKERI *cit. loc.* (cc) *Exere. ff. 1. th. 10.* cui accinit BERGER *ref. Lauterb. tit. de LL. qu. 1.* (dd) *Di V. act. Part. 2. §. 10. junct. §. 9.* (ee) §. 8. *infra.* (ff) *Vid. L. B. de LYNCKER. Comm.*

Ratio, per quam Schilterus & Bergerus antiquis illis fabulis Juri vere Germanico derogatum cupiunt, ficulnea est, consistens in ista Regula: *Jus Romanum, qua juri patrio, sive Germanico, non est contrarium, in Imperio sui usum præbere potest, quamvis non semper actu exerceatur: qua autem eidem juri repugnat, observari non intelligitur, nisi per Jus Romanum domestico juri expressa lege, vel usu contrario derogatum esse doceatur.* (gg) Id quod reperitur in *tr. de us. act. pœnal. §. 10. in fin. p. m. 72.* ibi: vulgò errare DD. immò ὕστερον πρῶτον agere, cum Jus Saxonicum, idemque commune, cum Romano comparent, et alterum tanquam exorbitans, ex altero explicandum ducunt, quum rationis sit, potius, inverso ordine, *jus Romanum, tanquam recentius, ex Germanico jure, quod antiquius est, interpretandum esse.*

Equidem Ratio et Reuula aduersæ partis, in Thesi et quoque propositionem majorem, rectè se habet, si per Jus patrium sive Germanicum intelligatur certum illud et authenticum, de cujus legislatoribus certò nobis constat, quod habetur in Recessibus Imperii et Statutis provincialibus Principum et statuum Imperii hodiernis. Quod si verò supponantur in Hypothesi et subsumptione minoris propositionis antiquæ illæ fabulæ, quarum authores, potestate legislatoriâ haud dubiè destituti, admodum sunt incerti, ita, ut nec de tempore, neque de illarum conditoribus indubitata proster fides; quorsum omninò et decantata illa specula obscura, *Saxonicum* puta et *Suevicum*, *der Sachsen = Spiegel und Schwaben Spiegel*, (hh) referre licebit: Tunc nemo mihi vitio vertet, quòd conclusionem cum minore propositione

B

ne

Comm. ff. L. 1. 1. 2. §. 12. et annot. ad Struð. exerc. 2. th. 36. (gg) BERGER. econ. jur. L. 1. 1. 1. §. 6. (hh) De quibus vid. BRUNN-QUELL.

né argumenti contrarii negare aufim atque pernegare. Et quamvis obloqui nolin, quòd jus Romanum ex Germanicò illustrari et declarari possit, si interpretandum ita sit accipiendum; siquidem omnia adminicula studii juridici, licet nomen Juris haud desiderent, eò conducunt: (ii) si tamen verbum: *interpretandum* est, pro contrariâ abrogatione, derogatione, restrictione, ut jus Romanum *invertere* queant aut limitare; ne tunc quidem assentiri possim, præsertim cùm paradoxa mihi videatur opinio, quasi jus illud Germanicum sit antiquius Jure Romano, neque (si ita res se haberet,) Jus antiquius potest invertere recentius, quod reverà esset *ἕτερον πρῶτον* Et hoc est, quod probè penderavit Potentissimus Borussiae Rex, quando in proœmio ordinationis Politicæ de Anno 1688. monet: *Wortbey wir denn aus besondern Uns hierzu bewegenden Ursachen, zugleich setzen und ordnen, daß die Sachsen-Rechte in unserm Herzogthum weiter nicht, als so ferne sie unsere oberwehnten Magdeburgische Kirchen-Proceß-Policey und andern Ordnungen conform seyn, observiret, in übrigen aber die gemeine beschriebene Kayserliche Rechte, so weit wir denenselben aus Chur-Fürstlicher und Landes-Fürstlicher Hoheit und Macht nicht derogiret haben, so wohl bey der Regierung, als im Schöppen-Stuhl und allen andern Gerichten angeregten Herzogthums und der Graffschafft Mannsfeld Magdeburgischer Hoheit, in procedendo, sententionando, et judicando, beobachtet werden sollen.* Hic potentissimus Rex peculiariter Juri Cæsareo Justiniano in suis territoriis Constitutionum robur concedit atque Jus verè Germanicum efficit, quod jam ante Ipsum fecerat invictissimus Imperator Maximilianus.

Praeter

QUELL. *hiflor. jur. Part. 4. cap. 6.* (ii) *Vid. nostra Mandata, ad Aud. jur. S. 3. a. 2.*



Præter spem et opinionem hic ingerit se quæstio: An Icto jurato, v. c. Directori aut Assessori alicujus Dicasterii, Casus *Prudentiæ* et *Consilii* permitat antiquas fabulas substituere juri verè Germanico, ita vt casus *prudentiæ* præcedat, casus *justitiæ* & *veritatis* verò sicco pede succedat? Et sæpè audiui: Hic versatur interesse Potentioris, (*Menschenfurcht*, ut in Pilato) E. Respondendum est, quod videtur *Prudentiæ* & *consilii* esse, haud vero, quod dicat veritas juris et *Justitiæ*! Quasi verò Divini & humani juris notitia non sit æquè *Prudentiæ*, & quidem superior & directrix, quam *Politica* seu *statistica*: cum illa inquireat & suggerat *Consilium* utilitatis genuinæ & veræ; hæc scetetur veritatem apparentem & spuriam. Ideoque casus ille *Prudentiæ* & *Consilii*, (fugiens candorem veritatis & *justitiæ*) tanquam frater gemellus casus *pro Amico*, (qui vocatur casus *pro Diabolo*) relegandus est uterque in gehennam, ad puerperium furiarum. Sed de his alias vberius!

Hæc præmonenda mihi videbantur, antequam, exigente officio à SERENISSIMIS atque MUNIFICENTISSIMIS DOMINIS NUTRITORIBUS hujus almæ Salanæ *Clementissime* mihi demandatò, prælectiones meas æstivas, tam publicas quàm privatas, jurisprudentiæ verè Germanicæ, adjuvante summo & aeterno *justitiæ* Conditore & Conservatore auspicerer. Quod itaque felix faustumque fieri jubeat *Divinum Numen*!

Publice in acroateriò academico, ceu decet, pro excolendo studio *Juris analytico-practico*, continuabo *Explicationem* potiorum *Legum Codicis Justinianei*, ubi occurrunt multa specialia usum fori insinuantia, quorum in theoretico pandectarum systemate vix unquam ulla fit mentio. Hæc porrò quoad nucleum in calamum dictabimus, idque diebus *Martis* & *Jovis hora X.* antemeridiana. Occupamur jam in *Libro III.* qui totus quantus est *practicus*.

Domj

Domi inter *Privatos* parietes (Ubi hætenus jus *Militare* haut sine fructu docui,) in studio *Juris Civilis* elementarem doctrinam suscipere placet juxta *Examen Institutionum JOACH. HOPPII*, ubi *Usus hodiernus* & alia notabilia insperguntur; adhibendo *Meditationes* meas publicis typis jam exscriptas, pro evitanda remora dictandi. Nec minus *Feudalem* disciplinam elementarem, juxta *B. SAM. STRICKII Examen Juris feudalis* (Cujus auctoritatem tam in theoria & Scholis, quam in praxi & foro hodiernum observatam præparatoriis hætenus lectionibus demonstravimus,) cum *meditationibus meis* itidem publicè divulgatis, sum expositurus. *Pandectas* vero sive *Digesta*, non tumultuariè, sed acroamatico labore, juxta *Compendium Schüzio-Lauterbachianum* declarabo, simulque data sic occasione Usum præcticum ex Actis Dicasterialibus referam; Aut si qui sint, quibus magis arrideat systema, quo *Juris vere Germanici* partes, hætenus separari solitæ, nempe *Jus Civile, Ecclesiasticum & Feudale* tanquam fundamenta *Juris Publici* vere Germanici, una serie & symmetria combinantur, inferviet nobis celeberrimi *G. G. TITII Jus Privatum Romano-Germanicum*, Statui Reipublicæ Germanicæ attemperatum, atque usui scholarum & vitæ civilis propiùs aptatum.

Itaque *Generosis* atque *Nobilissimis Dominis Commilitonibus*, qui in mea docendi habilitate, fidelitate, & industria, nec non animi corporisve vigore collocant spem aliquam & fiduciam, in eorum studiis adjuvandis promptum me præstabo atque paratissimum. Dabam è museo d. 6. April.

A. O. R. c.1800cXXI.



X2368854

VD18

ULB Halle
007 465 084

3





Inches
Centimetres

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

5. H. num. 3. 15
9. 22.
1741, 6
9

DERICI HERTELI, IC.

ORIS SALANI, CODICIS ET
VM PROFESSORIS PVBLICI,
OVINCIALIS SAX. COMMVN.
RIS ORDINARIJ, FACVL-
VRIDICAE ET SCABINA-
TVS SENIORIS,

YSIO ACADEMICA

DE

A LOGIA

ERE GERMANICI,

FABVLAS HAVT CONTVRBANDA,

QVA

ECTIONES SVAS AESTIVAS

CAS AEQVE AC PRIVATAS

S ATQVE NOBILISSIMOS

NOS COMMILITONES

DECENTER INVITAT

AVCTOR

O. R. c l o l o c c x x x x i.

I E N A E.

R G G R A F I A N O , c l o l o c c x x x x i.

